

SCRIPTA

Numéro Scripta : 481

Auteur(s) : Hugues de Maudétour, connétable du Vexin [autre]

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1194, 2 février

Lieu d'émission : Genainville

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Notification par Hugue de Maudétour, connétable du Vexin, de l'accord intervenu entre les religieux de Jumièges d'une part et Guy de Bosqueney et ses frères et sœurs d'autre part sur un différend pendant entre eux à l'occasion de leurs droits respectifs sur le moulin du Pré et autres terres sis à Genainville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CLXVII, t. 2, p. 117-119.

Dissertation critique

Datation en nouveau style proposée par J.-J. Vernier. Le duplicata complète ainsi la date : « in purificatione Sancte Marie » (Vernier, p. 119, n. 3)

Texte établi d'après a

Ego Hugo de Maldestor, constabularius Vulcasini, notum fieri volo presentibus et futuris quod controversia, que inter monachos Gemmetricenses et Guidonem de Boquennoie et fratres et sorores ejus vertebatur, amicabile compositione, assensu et voluntate Hugonis patris eorum, in hac forma terminatur. Predictus siquidem Guido et fratres et sorores ejus dimiserunt prenominatis monachis et in perpetuum quietam clamaverunt Culturam Prati cum tota calceia et marisco Culture adherentibus usque ad alnetum Guerrici, sicut mete posite sunt, et terciam partem quam tenebant in molendino Prati et in tota terra quam tenuerat Johannes Tassel, et in arpeno in quo mansit Guibertus Ridel, et in dimidio arpeno Guillelmi fratris Ascelini, et in vineis Trelis. In his omnibus supranominatis monachi duas partes jam per. VIIIto. annos et eo amplius in pace possederant. Abbas vero et monachi in recompensationem predictorum Guidoni et fratribus et sororibus ejus, pro bono pacis, .XXti.II. libras donaverunt, et Culturam Vallis reddiderunt ad campipartem et deciman et justiciam, sicut Guerricus et Guiburgis avia ejus eam tenerant. Et ut hoc ratum et immobile permaneret, Guido et fratres et sorores ejus cum Hugone patre eorum, tactis sacrosanctis evangeliiis, juraverunt se hoc bona fide et sine dolo firmiter observaturos, et omnia illa que tenebant de abbate et ecclesia Gemmetricensi apud Genesvillam in plegium hujus pacis tenende dederunt, quicumque ea teneat. Insuper sciendum quod qui residuum feodi tenuerit subscriptum, servicium reddet, videlicet cum abbate Gemmetricensi vel monacho de Genesvilla ad placita sua ibit per Vulcasinum ad sumptus eorum, rationabiliter citatus. Linteola vero monachis Gemmetricensibus per Genesvillam transeuntibus, si necesse fuerit, ministrabit et

mense abbatis, quando in eadem villa fuerit, congrua mantilia. Hujus compositionis firmiter conservande plegius sum pro utraque parte, et ad petitionem eorum sigilli mei munimine confirmavi. Hujus rei testes sunt Gemmelinus de Arteia, Renoldus de Genesvilla, Guillelmus Orici, presbiteri ; Garinus, clericus et Theobaldus, fratres mei ; Amalricus de Montigni, Radulfus et Galterus de Mesrahier, Robertus de Boscho Guillelmi, Talebot, Guillelmus de Villa Nova, milites ; Hugo de Maldestor, Gazo, filius meus, Hugo de Coudreel, Hugo de Oenvilla, Garinus de Bordella, Petrus de Maldestor, Guillelmus Bigot, Durandus Famulus, Bartholomeus Corvesier, Bartholomeus de Fonte, Fulco Borgueignon, Fulco de Altera Villa, Hervicus et Drogo Orici, Guillelmus Crispin, Girardus Picot, Engenulfus de Colle, Guericus Le Bolenger, Robertus Trabo, et omnes homines Genesville. Actum apud Genesvillam, anno incarnationis Domini .M°. C°. XC°. III°.